

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL

# **BOLLETTINO**

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0491

Sabato 02.07.2016

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla solenne Celebrazione Eucaristica a Szombathely – ex Sabaria (Ungheria) in occasione del 1700° anniversario della nascita di San Martino di Tours (9 luglio 2016)
- ◆ Rinunce e nomine

- 
- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla solenne Celebrazione Eucaristica a Szombathely – ex Sabaria (Ungheria) in occasione del 1700° anniversario della nascita di San Martino di Tours (9 luglio 2016)

In data 21 maggio 2016, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Dominik Duka, O.P., Arcivescovo di Praga, a Inviato Speciale del Santo Padre alla solenne Celebrazione Eucaristica che avrà luogo a Szombathely (Ungheria) il 9 luglio 2016, in occasione del 1700° anniversario della nascita di San Martino di Tours.

La Missione Pontificia che accompagna l'Inviato Speciale è composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Gábor Mohos, del clero dell'arcidiocesi di Esztergom-Budapest, Segretario Generale della Conferenza Episcopale Ungherese;
- Rev.do Don Balázs Levente Martos, del clero della diocesi di Szombathely, membro della Pontificia Commissione Biblica nonché docente di Teologia biblica e formatore del Seminario di Győr.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Dominik Duka, O.P.:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro

Dominico S.R.E. Cardinali Duka, O.P.

Archiepiscopo Metropolitanae Pragensi

Sanctus Martinus Turonensis iure meritoque pater pauperum appellari potest, qui *necdum regeneratus in Christo, agebat quendam bonis operibus baptismi candidatum, assistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos, nihil sibi ex militiae stipendiis praeter cotidianum victum reservare: iam tum Evangelii non surdus auditor de crastino non cogitabat* (Sulpicius Severus, *Vita S. Martini*, 2,8). Cum ergo media hieme in porta Ambianensium civitatis pauperem nudum vidisset, eiusque miserendo parte sui chlamydis eum operuisset, ipse Iesus coram angelis eximiam caritatem eius laudavit (*ibid.*, 3,1-4).

Sed hoc tantum modicum prooemium fuit diuturni fructuosissimi apostolici ministerii, quod multis in Europae regionibus indefessus hic miles Christi perfecit, admirabilem habens *interiorem vitam et conversationem cotidianam, animum caelo semper intentum, perseverantiam et temperamentum in abstinentia et ieiuniis, potentiam in vigiliis et orationibus* (*ibid.*, 26,2), in cuius ore semper inerat Christus, in corde pietas, pax et misericordia (cfr *ibid.*, 27,2). Haud mirandum igitur est Deum huic Episcopo magnam praestitisse animi virtutem, qua constanter eiciebat daemones et plurima operabatur miracula, multos populos ad catholicam fidem conducens.

Quapropter laeto sane animo recenter novimus in dioecesi Sabariensi - eadem scilicet in regione, ubi ipse Sanctus natus est - elapsis septemdecim saeculis ab eius ortu, sacros Pastores et populum christianum sollemniter Eucharistiam in honorem sancti Martini die IX proximi mensis Iulii hoc Anno Misericordiae celebrare. Quod eventum valde favere potest, ad instar huius Sancti, caritati erga pauperes et indigentes augendae, catholicae fidei roborandae et novae evangelizationi in Europa incohandae.

Cupientes autem eidem Nos quoque tribuere decorem, simulque populi ipsius terrae probatam confirmare fidem, apostolico ardore ab eo quondam divulgatam, sine haesitatione accepimus petitionem, quam simul subsignaverunt Venerabilis Frater Noster Petrus S.R.E. Cardinalis Erdő, Archiepiscopus Metropolita Strigoniensis-Budapestinensis et Hungariae Primas, necnon Praeses Consilii Conferentiarum Episcopaliū Europae, atque Venerabilis Frater Andreas Veres, tunc Episcopus Sabariensis et Praeses Conferentiae Episcoporum Hungariae, qui humane a Nobis poposcerunt ut Patrem Purpuratum illuc mitteremus qui memoratae celebrationi digne praesideret et singularem huius Pastoris magnitudinem congrue extolleret. Ad te autem fidentes recurrimus, Venerabilis Frater Noster, qui ipse pius et sollicitus gregis tui es Pastor atque actuositate pro universali Ecclesia singularem te confirmasti Romani Pontificis cooperatorem ideoque his Litteris te **Nostrum Missum Extraordinarium** ad memoratam legationem die IX proximi mensis Iulii explendam destinamus.

Liturgicis ergo celebrationibus sollemniter Nostro nomine Sabariae praesidebis Nostramque benignam omnibus significabis salutationem. Populum hortaberis ad constantem erga sanctum Martinum devotionem, ut ipse a Domino plurimas imploret gratias uti rectam vitam, eximiam caritatem, omnium iniuriarum veniam et intrepidam Christo Domino fidelitatem. Sed Episcopus quoque ad eius zelum pastorem imitandum invitabis, quoniam salus animarum suprema lex est.

Denique per validam intercessionem sancti Martini Turonensis Benedictionem Nostram Apostolicam tibi, Venerabilis Frater Noster, peramanter impertimus, dilectis Pastoribus et Christifidelibus dioecesis Sabariensis, civilibus auctoritatibus cunctisque faustam hanc celebritatem participantibus copiose communicandam, dum orationes poscimus pro Nostro summo ministerio fideliter exercendo.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXVII mensis Maii, anno MMXVI, Iubilaeo Misericordiae, Pontificatus Nostri quarto.

FRANCISCUS

[01141-LA.01] [Testo originale: Latino]

**◆ Rinunce e nomine****Rinuncia del Vescovo di Gaspé (Canada) e nomina del successore**

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia al governo pastorale della diocesi di Gaspé (Canada) presentata da S.E. Mons. Jean Gagnon, in conformità al can. 401 § 1 del Codice di Diritto Canonico.

Il Papa ha nominato Vescovo della diocesi di Gaspé (Canada) S.E. Mons. Gaétan Proulx, O.S.M., trasferendolo dalla sede titolare di Azura e dall'ufficio di Ausiliare di Québec.

**S.E. Mons. Gaétan Proulx, O.S.M.**

S.E. Mons. Gaétan Proulx, O.S.M., è nato il 27 maggio 1947 a Saint-Denis-de-Brompton (arcidiocesi di Sherbrooke).

Dopo aver compiuto gli studi secondari è entrato nella Congregazione dei Serviti di Maria. Ha seguito gli studi di filosofia presso l'Università di Ottawa e il *Collège universitaire des Dominicains* di Ottawa. Per gli studi di Teologia ha frequentato i corsi dell'*Université Laval* conseguendovi la *maîtrise*. Successivamente ha frequentato i corsi di Liturgia presso l'*Institut catholique* di Parigi.

Ha emesso la professione solenne il 2 dicembre 1973 ed è stato ordinato sacerdote l'8 giugno 1975.

Negli anni 1978-1985 è stato Bibliotecario ed Assistente del Maestro dei Novizi presso il Noviziato dei Serviti di Sillery e di Sainte-Foy. È stato quindi nominato Priore in Francia (1985-1989), poi Responsabile della Formazione dei Serviti di Francia, Belgio e Congo (1989-1991). Nel 1991 è stato trasferito in Québec, con il medesimo incarico di Responsabile della formazione. Nel 2000 è stato nominato Priore della Provincia canadese (che include anche la Francia e il Belgio). Nel 2006 è stato nominato Parroco di Notre-Dame-de-Foy, nell'arcidiocesi di Québec.

Il 12 dicembre 2011 è stato nominato Vescovo titolare di Azura e Ausiliare di Québec. Ha ricevuto la consacrazione episcopale il 25 febbraio 2012.

Dal 2012 al 2015 è stato Vicario Generale e Moderatore della Curia dell'arcidiocesi di Québec. All'interno della Conferenza Episcopale Canadese è membro del Comitato Permanente per le Comunicazioni.

[01142-IT.01]

[B0491-XX.01]